

Saguntina

Revista didàctica i científica

Grup culturaclasica.net

Revista Saguntina. Dades Catalogràfiques

Revista del "Grup culturaclasica.net"

Sagunt 2007

Dipòsit legal: CS-76-2007


ISSN 1887-6331

Vol. III Aprilis A.D. MMVII

Latine

Sub Arcadiae (1) montibus naias una fuit; nymphae Syringa (2) vocabant. Illa satyros sequentes saepe eluserat. Dianam deam studiis et virginitate colebat et deae ritu quoque vestiebatur.

Deus Pan redeuntem colle Lycaeum (3) hanc videt et ei verba referre temptat sed nymphe fugit donec ad Ladonis (4) flumen veniat; hic, undis cursum impedientibus, sorores oravit ut illam mutarent; Pan, cum prensam esse iam Syringa putaret sed pro nymphae corpore calamos teneret, ibi suspirat, ventus in harundine motus sonum tenuem effecit, similem quaerenti. Deus arte nova et vocis dulcedine captus 'hoc colloquium tecum' dixit 'manebit,' atque ita, disparibus calamis cum cera inter se iunctis, nomen puelae his tenuit.



Grupo Galatea

M^a Teresa Beltrán,

M^a Teresa Cases,

Mercedes García

- (1) G./sing.: Arcadia, región de Grecia.
(2) Ac./sing.: Siringe, una ninfa.
(3) Lyaceo, monte de la Arcadia
(4) G./sing.: Ladón, río de la Arcadia.